

PSALMUS 114

114 : 1 **ALLĒLŪIA: Dīlēxī, quoniam exaudiet Dominus vōcem
ōrātiōnis meae.**

Alleluia: I have loved, because the Lord will hear the voice of my prayer.

114 : 2 **Quia inclīnāvit aurem suam mihī, et in diēbus meīs invocābō.**

Because he hath inclined his ear unto me, and in my days I will call upon him.

114 : 3 **Circumdedērunt mē dolōrēs mortis, et perīcula īfernī
īnvēnērunt mē; trībulātiōnem et dolōrem invēnī,**

The sorrows of death have compassed me, and the perils of hell have found me. I met with trouble and sorrow:

114 : 4 **et nōmen Dominī invocāvī; Ō Domine, liberā animam meam.**

And I called upon the name of the Lord; O Lord, deliver my soul.

114 : 5 **Misericors Dominus, et jūstus, et Deus noster miserētur.**

Merciful is the Lord, and just, and our God showeth mercy.

114 : 6 **Cūstōdiēns parvulōs Dominus; humiliātus sum, et liberāvit mē.**

The Lord is the keeper of little ones; I was humbled, and he delivered me.

114 : 7 **Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus
benefēcit tibi.**

Turn, O my soul, into thy rest: for the Lord hath been bountiful to thee.

114 : 8 **Quia ēripuit animam meam dē morte, oculōs meōs ā lacrimīs,
pedēs meōs ā lāpsū.**

For he hath delivered my soul from death, my eyes from tears, my feet from falling.

114 : 9 **Placēbō Dominō in regiōne vīvōrum.**

I will please the Lord in the land of the living.